



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

XVIII. Salomon,

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IX.

627

*Apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam, Sterilis es & absque liberis, sed concipies, & Iudic. 13, 3, 4.
 paries filium: cave ergo ne bibas vinum ac siceram, nec immundum quiquam comedas:
 Mariae matri Iesu ait Angelus, Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum; Luc. 1, 30, 31.
 ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen ejus Iesum. Pergit Angelus
 ad Samsonis matrem: Eritis enim Nazarens Dei: de Iesu sic Matthæus: Et veniens ha- Iudic. 13, 5.
 bitavit in civitate que vocatur Nazareth; ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas, Matth. 2, 23.
 Quoniam Nazarens vocabitisur. Iterum Angelus de Samsonem, Ipse incipiet liberare Israël Iudic. 13, 5.
 de manu Philistinorum: de Iesu sic Angelus: Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eum: & apud Lucam: Dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus; & re- Luc. 1, 32.
 gnat in domo Jacob in eternum, & regni ejus non eris finis. Manu Samsonis patri,
 de filii ortu dubitanti, visus est Angelus: apparet & Angelus Iosepho patri Iesu, con-
 jugis pudicitiam suspectam habenti. Addit Auctor libri Iudicum de Samsonis matre:
 Peperit itaque filium, & vocavit nomen ejus Samson: crevixit puer, & benedixit ei Do- Judic. 13, 24, 25.
 minus; & caput spiritus Domini esse cum eo: de Maria sic Matthæus: Peperit Filium suum Matth. 1, 25.
 primogenitum, & vocavit nomen ejus Iesum: & de quo sic Elizabeth apud Lucam:
 Benedictus fructus ventris tui; & iterum Matthæus: Baptizatus autem Iesus, confessim Luc. 1, 42.
 ascendit de aqua, & ecce aperi sunt ei carni, & vidit Spiritum Dei descendente sicut co- Matth. 3, 16.
 lumbam, & venientem super se. Samsonis nomini Solis significatio inest; ☰ enim Hier. libr. De
 Selem sonat, ☰ vero Selem eorum; sic enim exponit Hieronymus: de Iesu sic Ma- nom. ebb.
 lachias: Oritur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiae. Uxorem Philisteum dicit Malach. 4, 2.
 Samson, eique intimos animi sensus aperit: Ecclesiast ex Ethnici cogit, sibiique ad-
 jungit Christus, canique decretorum suorum interpretem constituit. Samson ad uxori
 rem vilens, obvium leonem interficit, in cuius ore post aliquot dies favum mellis
 reperit: Iesu Ecclesiast confitentes ait; Confidite, ego vici mundum. Atque hic qui- Joh. 16, 33;
 dem mundus adversus Iesum prius ferox, ab eo tandem dominus suave ipsius accep-
 pit jugum, melleanique Evangelii dulcedinem degustavit. Samson sitiens valde Iudic. 5, 18.
 clamavit ad Dominum: Iesus animam agens fitire se dixit. Samson Gazæ dormit ad
 median noctem, tum experrectus postmodum ipsa portæ fores detrahit, & humeris
 impositis defert ad verticem montis: Iesus lethi somno excitus, de mortis exit pore- Psalm. 67, 21.
 state. Quod previdens David, ait: Domini, Domini exitus mortis: de quo item Pe. tratus sic differebat Hierofolymis: Quidam Deus suscitavit solitudo doloribus inferni, juxta Ag. 2, 24.
 quod impossibile erat teneri illum ab eo. Samson multo plures interficit moriens, quam ante Iudic. 16, 30;
 viros occiderat: Jesus morte sua Daemonem, peccatum, ac mortem ipsam de-
 vicit.*

XVI. En tibi in Samuele aliam etiam Christi Iesu imaginem. Partus ille fuit Samuel, matris steriles, perinde ut Samson: Christus Virginis Nazarens etiam fuit, eaque re, idem ut Samson, Christo similis fuit. Unigenita Samuel, unigenita & Christus. De Samuele haec legimus: Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam I. Sam. 10, 16.
*Deo quam hominibus: haec de Christo Iesu: Et Iesus proficiebat sapientia, & astute, & Luc. 2, 52.
 gratia apud Deum & homines. Iterum de Samuele: Crevit autem Samuel, & Dominus I. Sam. 3, 19.
 erat cum eo: sic quoque Lucas de Christo: Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus Luc. 2, 4.
 sapientia, & gratia Dei erat in illo. Sacerdos fuit Samuel: sacerdos & Christus. Pro-
 pheta etiam eterque.*

XVII. Sed & David, non vaticiniis duntaxat suis, nec quod Bethlehemo or- David,
 tus itidem ut Iesus, sed gestis etiam rebus toto vita curriculo Christum Iesum pre-
 monstravit, expressumque ejus typum postfuturis proposuit; & cum iusfu Dei unctus
 est, & rex creatus; & cum eflu Panum propositionis sacerdotem fe gesit; utraque
 in se conjuncta & sacerdotii & regni potestate: & cum singulari adversus Goliathum
 certamine, populum iugo Philistæorum exemit; perinde ut Iesus expugnato
 Diaboli imperio humanum genus in libertatem Filiorum Dei restitut: & cum variis
 illum laboribus & angustiis exercuit Deus, priusquam ad regiam dignitatem eve-
 ret: & cum Arcam à Philistæis prius capitam de domo Abinadab reduxit Hiero- Isa. 33, 5.
 lyam; itidem ut Iesus Ecclesiast, fracta Diaboli potestate, certis sedibus constituit:
 & cum post traditum illi regnum, filiorum suorum perduellionem & sclera expertus
 est; perinde ut adversus Iesum regem patremque nostrum nova quotidie flagitia de- Jerem. 30, 9.
 signamus: & cum pacem per eum Deus populo suo peperit, & adversas ipsi gentes Ezech. 34, 23, &
 subjecit; quemadmodum pacis à Deo nobis concessa sequester est Iesus, cui potestas
 omnis à Patre tradita est. Inde adeo apud Prophetas, Iaiam, Jeremiam, Ezechielem, 37, 24.
 & Oseeam ipsum, Davidis nomen Christo tribuitur. Ose. 3, 4, 5.
 Salomon,

XVIII. Nec minus in Salomone agnoscit potest Iesus. A pace Salomoni no-
 men: quam pacificus fuerit Iesus fuse in Parallelismo probavimus. Appellatus quo-
 que est Salomon ☰ hoc est, Dilectus Dominis: idem de Iesu clara voce Deus ipse

K k k k ij

PROPOSITIO IX

Matth. 5.17. & de celo non semel testatus est, cum diceret: *Hic est Filius meus dilectus, in quo misericordia placuit; ipse se à Deo Patre suo dilectum esse Iesus saepe declaravit.* נָאכְדָה praterea, hoc est, διεκλητισμός, seu Concionator cognominatus est Salomon; quod quam Christo Iesu, convenienter cognosci potest ex Parallelismo tricesimo quinto capite. Salomon ædificavit Templum Deo; Iesus Ecclesiam. Davidis filius uterque, uterque rex. Regina illa Saba, quæ Salomonis fama excita venit ad eum, ejusque sapientiam & opes mirata est, Ecclesiam refert, quæ Ethnicis fere confitata, Iesu doctrina, virtutibus, & gratia capta ei sese applicuit.

Jonah. 1. In Jona lui propositum esse figuram palam Iesu declaravit. *Sicut enim, inquit, fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terra tribus diebus & tribus noctibus.* Habet hic itaque eximum Iesu ad vitam redeuntis simulacrum. Jonas saeviente tempestate, & nautis de vita sollicitis, dormit securus, quod & Christo contigit. Jonas pro nautarum salute mittitur in mare, silent fluctus, & tempestas sedatur: in Iesu complacuit omnem plenitudinem habitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum; pacificans per sanguinem crucis ejus, sive que in terris, sive que in celis sunt. Nauta Jonah in mare missuri Deum orant ne sibi criminis detur viri innocentis interitus: *Quossumus, Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem.* Pilatus Iesum letho daturus, accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens, *Innocens ego sum à sanguine Justi hujus: vos videritis.* Sic de se ad Deum Jonas in ventre ceti: *Abjectus sum à conspectu oculorum tuorum:* sic de se ad Deum Iesum in cruce: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Jonas maris periculo functus Ninivitas ad obsequium Dei compellit: gentes post vitam à Iesu receptam, ad Dei cultum vocantur. Jonas concionator, perinde ut Iesus. Ad paenitentiam Ninivitas hortatur Jonas: *Paenitentiam agite,* inquit Iesus, *apropinquavat enim regnum celorum.*

Eliacimus X. Apparet itidem in Eliacimo Helcie filio Iesu Christi imago: nam quæ de Helcie filius, Eliacimo dixit Iesaias, huic datum iri clavem David, idem Christo accommodat Anno 22. 15. & seq. gelus Ecclesiæ Philadelphie, apud Johannem in Apocalypsi: *Hec dicit Sanctus & Verus, qui habet clavem David: qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit;* quæ ex Ilaia 27. 12. & 13. sumta sunt. Scribit præterea Iesaias Sobnam regia Ezechie præfectum, cum officio suo nequiter abuteretur, magistratu abdicatum fuisse, suffecto Eliacimo, viro frugi & pio: hac figura est veteris Legis, priscique Pontificatus Aarones, qui impie abusi sunt nefariorum Sacerdotes, eoque abrogato, nova lex, & sacerdotium secundum ordinem Melchizedec, priore melius, per Christum introducitur. Isa. 22. 17. 19. Sie Iesaias ad Sobnam: *Ecco Dominus aportari te faciet, sicut aportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic sublevabit te. Coronans coronabit te tribulatione; & quasi mistet te in terram latam & spatioam; ibi morieris, & ibi erit currus gloria tua & ignominia domus Domini tui.* Scilicet hoc est quod pleno ore decantarunt Prophetæ, sedibus suis depulsum iri Israëliticam gentem, & in variis orbis partes dissipatum, Nos eorum representamus testimonia in Parallelismo, ubi agimus de abrogatione Mosaïcae Legis, de novæ legis sanctiōne, & de dispersione Judæorum. Unum hic dabimus pro multis, de promtum ex Daniele: *Et Civitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius usq[ue] statu[m] belli statutu[m] desolatio & in dimidio hebdomadis deficit hostia & sacrificium. Subjicit Iesaias: Et expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te: & erit in die illa, vocabo seruum meum Eliacim filium Helcie, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manus ejus: & erit quasi pater habitantibus Ierusalem, & domui Iuda. Similibus minis Israëliticos proceres incesebat Ezechiel, cum diceret: *Hec dicit Dominus Deus, Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, ut ultra non pascent amplius pastores semeipos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam.* At de Christo Iesu sic Paulus in Epistola ad Ebraeos: *Nunc autem melius fortius est ministerium, quanto & melioris Testamenti mediator est, quod in melioribus reprobationibus sanctum est. Nam si illud prius culpa vacasset, non utique secundi locus inquiretur. Servum suum Deus Eliacimum appellat, quemadmodum & Christum alii apud Ilaiam locis: Ecce servus meus, suscipiam eum. Deinde: Vos testes mei, dicit Dominus, & servus meus quem elegi. Sic Iesus ipse de se: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Rursum: Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Non Dei solum servus, sed & hominum. Prædicti deinde Iesaias futurum Eliacimum Hierosolymitarum & Judæ domus patrem: paternos suos affectus erga Hierosolymitas his verbis testabatur Iesu Dominus: *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te misi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?* Filios etiam Discipulos suos appellat: *Filioli,***

Isa. 42. 1. Isa. 41. 10. Matth. 20. 18. Luc. 22. 27. Isa. 22. 21. Matth. 23. 32. Col. 1. 33.